

dir jure delegato in eo casu, in quo jure ordinario non potest procedere, puta quia erectionem facit in parochia subiecta regularibus exemptis, secundum ea, quae dicta sunt supra num. 43. Et hoc casu existimo non requiri consensum Capituli, per rationes adductas a Bellamera, & Mariano Socino locis citatis. Capitulum enim hoc casu non potest conquiri, quod se inconsulto fuerit processum ad erectionem, cum Papa, cujus vices gerit delegatus, ad illius consensum requirendum non adstringatur, argum. l. 1. §. Qui mandatum ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdic. Aut procedit ad erectionem auctoritate ordinaria in eo casu, in quo potest jure ordinario, puta in parochia non exempta; & tunc censeo necessarium esse consensum Capituli, sicut erat ex jure veteri, cujus dispositionem hac in parte Concilium Tridentinum non sustulit, nam quod non mutatur, & c. l. Sapientius, C. de testam. & l. Præcipimus, C. de appell. & hanc distinctionem in Legato de latere probavit in effectu Marian Socin. in d. cap. Sicut unire, n. 10 f, ut scilicet si procedat jure ordinario legationis, teneatur adhibere Capituli consensum ad eum modum, quo Ordinarius tenebatur. Sectis si procedat speciali jure delegationis; & eandem distinctionem probavit S. Congregatio in materia appellationis interponendæ ad Metropolitanum, vel ad Sedem Apolliticam, ut dixi in quæst. præced. num. 46. & 48.

35 **Quartò QUÆRO**, An Decimæ ad ecclesiam matricem pertinentes transeat ipso jure in ecclesiam parochialem noviter erectam infra illius limites.

Hæc quæstio inspectâ juris communis dispositione est admodum difficilis ob varietatem opinionum, quas recenset Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de decim. littera D. in ver. Unica, Glof. Host. & alij hic in ver. Obventiones, & Doctores in cap. Cum contingat, & ibi dixi à n. 31. infra, de decim. licet opinio Calder. quod decimæ prædiales debeantur Parochiali noviter ædificatæ videatur magis communis, & servetur in Rota. Vetus hanc difficultatem dissolvit Tridentina Synodus in sapius alleg. cap. 4. sess. 21. ubi statuit, ut Sacerdotibus, qui novis Ecclesijs erunt præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus. Quæ verba aperte excludunt transitum decimarum prædialium ipso jure in novam Parochiam, prout eis lingillatim perpendis probavi latissime in prædicta decretali Cum contingat. à num. 43. usque ad num. 52.

36 **Quinto QUÆRO** An Ecclesiæ, quæ noviter in Parochialem erigitur, possit episcopus unire aliquem ex Canonicatibus Ecclesiæ matricis in vim Concilij Tridentini c. 4. sess. 21.

37 Decretum d. c. 4. nihil de unione dicit, nec sub illis verbis: Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesijs noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio ex fructibus ad ecclesiam matricem pertinentibus: debet includi facultas supprimendi Canonicatus Ecclesiæ matricis, & illos uniendo Ecclesiæ noviter erectæ; quia facultas uniendo debet specialiter exprimi, nec venit sub generali dispositione, ut ex Innoc. in c. ad hæc, supra de off. Archid. tradit Gemin. conf. 38. pro clariori, n. 10. & pluribus comprobant Patil. conf. 14. ex his, quæ in

facto, n. 1. lib. 4. & Rebuff. in Praxi Benef. in forma Vicariatus, n. 102. & cum erectiones novarum ecclesiarum debeant fieri cum minori præjudicio antiquarum ecclesiarum, quam fieri possit, ex traditis per Butr. hic num. 10. credo tunc non est Concilij voluisse ab Ecclesijs antiquis subtrahi posse non solum partem reddituum, sed etiam titulos beneficiorum, & numerum ministrorum diminui, quod tenderet in diminutionem Divini cultus, cap. penult. de constitut. & in damnium quoque Parochianorum, quibus expedit plures habere Sacerdotes, qui Missas, & divina officia celebrent, & Sacramenta ministrent; nec sine magna causa debet Episcopus ex una Ecclesia ad alteram titulos transferre. Oldrad. conf. 260. Quod unio, num. 2. vers. Tertia ratio. Et Lopus allegat. 66. consultus quomodo esset providendum Ecclesijs Parochialibus noviter ob necessitatem erectis, nihil dixit de unione, sed alijs modis non præjudicialibus. Bertrandus vero in conf. 35. vol. 2. p. 1. loquitur de ecclesia parochiali noviter erecta, & tenet illi providendum esse per subtractionem oblationum, & decimarum Ecclesiæ matricis in casu, quo Curatus Ecclesiæ antiquæ, & ejus vicarius ex redditibus remanentibus se sustentare possint, & sic supponit ex provisione faciendâ ministris novæ Ecclesiæ statum antiquum, & numerum ministrorum Ecclesiæ antiquæ alterandum non esse. Quod comprobatur ex eo, quod scribit Cardin. in c. Avartine, in fin. ubi etiam Butr. num. 7. & Imol. col. 1. in fin. de præbend. videlicet ex justa causâ Parochias posse dividi etiam in vicis Clericis, cum hoc tamen ut congruam sustentationem habeant, id quod supponit numerum Clericorum Ecclesiæ antiquæ non esse restringendum. Nec quidquam facit quod Concilium in cap. seq. episcopi ex causa ibi tradita facultatem uniendo tribuat. Quia loquitur de ecclesijs jam erectis. Item loquitur de unionibus in casibus à iure permixtis, inter quos hic, de quo agitur, connumerari non potest. Præterea est differentia inter fructus, & Canonicatus, c. Cum M. Ferrarie, de Constitut. & ideo verba ipsa Concilij in d. c. 4. dispositionem de fructibus matricis, ad Canonicatus extendi non debent.

38 **Ad murorum custodiam instante necessitate tenentur homines Ecclesiarum, ut mancipia, rustici, & similes.**

39 **Ad murorum custodiam ut Clerici teneantur, quæ necessitas requiratur.**

40 **Clerici etiam prima tonsura gaudent immunitate à maneribus realibus, & personalibus.**

41 **Etiam si habitum, vel tonsuram non deserant, nisi tertio moniti, contumaces exstiterint.**

42 **Clerici conjugati non bigami habitum, & tonsuram deserentes gaudent privilegio fori, & canonis, non autem immunitate à maneribus.**

43 **Clerici an teneantur ad refectionem murorum civitatis.**

**De immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.**

**Cap. Pervenit.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 **Ad murorum custodiam tempore magne necessitatis tenentur etiam existentes sub protectione Romana Ecclesiæ.**
- 2 **Item exempti, ac Sedi Apostolica immediate subiecti.**
- 3 **Item Ecclesiarum Rectores.**
- 4 **Compelli tamen debent per suos iudices, non per seculares potestatem.**
- 5 **Senes majores annorum septuaginta sunt immunes ab excubijs.**
- 6 **Stramen sint divites, tenentur mittere alium pro se.**

Extra

- 7 **Excubia fieri debent vicissim, & succedere, nisi tanta sit necessitas, ut oporteat omnes simul adesse.**
- 8 **Patriam quilibet tenetur defendere, & pro ejus defensione excusatur pater occidens filium.**
- 9 **Clerici an teneantur ad custodiam murorum civitatis perinde ac laici, & n. segg. usq. in fin. Et quid in Clericis prima tonsura, n. 14. Et quid in Clericis conjugatis, n. 16.**
- 10 **Intellectus quatuor hujus cap. & n. segg.**
- 11 **Decretales debent esse communes, nec facile judicari debent locales.**
- 12 **Ad murorum custodiam instante necessitate tenentur homines Ecclesiarum, ut mancipia, rustici, & similes.**
- 13 **Ad murorum custodiam ut Clerici teneantur, quæ necessitas requiratur.**
- 14 **Clerici etiam prima tonsura gaudent immunitate à maneribus realibus, & personalibus.**
- 15 **Etiam si habitum, vel tonsuram non deserant, nisi tertio moniti, contumaces exstiterint.**
- 16 **Clerici conjugati non bigami habitum, & tonsuram deserentes gaudent privilegio fori, & canonis, non autem immunitate à maneribus.**
- 17 **Clerici an teneantur ad refectionem murorum civitatis.**

**P**ERVENIT. Legitur quatuor modis, ut dicam infra num. 10. & ideo congruè summarari non potest, sed secundum intellectum Abbaris hoc intendit. Tempore magne necessitatis non debet aliquis excusari à murorum, sive civitatis custodia. Primò ponit dictum. Secundò rationem, ibi, Quatenus.

Nota primò ibi, Per nostræ, à murorum custodia, si magna subsit necessitas, quemquam non excusari, etiam sub prætextu quod sit sub protectione Romane Ecclesiæ, prout intelligit hanc litteram

2 **Host. hic in princ.** Quinimò attentari posset ad id teneri etiam exemptos, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectos. Tales enim videntur esse homines Ecclesiæ Romane, de quibus loquitur hic Papa in illis verbis, Per nostræ. Unde Abbas Antiquus summat hanc Decretalem, videlicet homines Ecclesiæ Romane, vel alterius Ecclesiæ à custodia civitatis minime sunt immunes. Ecclesiæ Romane, id est, eidem subiecti, vel ad jus illius, aut simpliciter ad eam pertinentes. Quilibet enim ex his formis privilegium exemptionis conferatur, ut cap. Si Papa, §. 1. de privil. lib. 6. Hoc tamen esset intelligendum, nisi super hoc essent specialiter exempti, vel privilegium haberet clausulas adeo urgentes, ut esset aptum comprehendere etiam immunitatem ab oneribus personalibus, prout hunc text. limitant Domini de Rota dec. 72. n. 7. p. 1. Reccent. & colligitur ex glossa hic in ver. Omnes, dum limitat hunc textum in senibus, qui ab hujusmodi oneribus speciale habent immunitatem in corpore juris clausam, ut dicam infra n. 5.

3 **Secundò nota,** ad custodiam murorum, vel civitatis teneri etiam Ecclesiarum Rectores, ut probat littera ibi, vel Ecclesiæ sue. Nam Ecclesia non dicitur esse hominum, sed sicut homines sunt Ecclesiæ, cap. Ecclesiarum servos, 12. quæst. 2. & l. 1. C. de episcop. & Cleric. sed Ecclesia dicitur proprie ipius Rectoris ratione jurisdictionis, quam habet in ipsa, ut probatur in cap. Si rivi absentis, de præbend. lib. 6. secundum Abbar. hic num. 3. vers. Et plura pnto.

Prosp. Fagn. in 2. part. 3. lib. Decretal.

4 **Tertiò nota ibi, compellantur, Clericos, & alios de jurisdictione ecclesiæ existentes ad custodiam civitatis compellendos esse per iudicem ecclesiasticum, non per secularem potestatem, cap. Non minus, infra eodem. Præterea enim hic textus dicitur Episcopo, eique injungitur, ut non patiarur quemquam excusari à vigilijs murorum, sed omnes generaliter compellantur, id est, per ipsum, & ita in hac specie firmat Hostien. in summ. §. A quibus, vers. Materia, dicens, Clericos ad murorum custodiam posse per Episcopum, non per iudicem secularem distringi, & consentit Butr. hic num. 5. ibi, præcepto Episcopi, & apertius Abb. n. 3. vers. Sed advertet, & Bellam. conf. 46. incipien. Et primò, in princ.**

5 **In glossa, Omnes,** nota senes esse immunes ab excubijs, seu vigilijs murorum, intellige si annum septuagelimum exceperint, ut l. Si ultra, C. de decurion. lib. 10. secundum Host. hic n. 2. in ver. Patriam, Butr. n. 5. vers. eod. glossa. Item intellige, nisi alias sint divites; quia tunc non excusantur omnino, sed debent mittere alium pro se, l. Sextum decimum, §. Corporis ff. de vacat. maner. & l. Semper ff. de jur. immunit. & tenet Franc. Lucan. de sic. & ejus privileg. part. 3. n. 28. inter tract. comm. rom. 11. fol. 10. & vide quod scripsi in c. Cum sit, infra de convers. conjugat.

6 **In glossa ultima** observa ordinem faciendi excubias; debent enim fieri non ab omnibus simul, sed vicissim, & succedere, nisi tantum periculum immineret, ut oporteret simul omnes adesse; expedit enim Reip. plures habere defensores. l. Nam Republica, ff. de nov. oper. nunciat. l. 1. n. 2. & 3. ff. de offic. Praef. vig. & cum hac glossa Vincentij transeunt hic Host. num. 7. & Jo. Andr. num. 5. Item secundum eos quilibet tenetur juxta dictum Sapientis patriam defendere, c. Fortitudo, 23. q. 3. & cap. Omni tempore, q. ult. Pro cuius defensione excusatur pater occidens filium, ut l. Minime, ff. de reug. & sumpt. funer. Unde Poëta:

7 **Præferre patriam liberò Regem decet**

8 **QUÆRO** generaliter, an Clerici teneantur ad custodiam murorum civitatis perinde ac laici?

9 **Regulariter** Clerici non tenentur ad custodiam murorum civitatis, etiam contra piratas maritimos, ne ab orationibus, & Divinis officijs avocentur, cum militum Christi sit Christo servire, militum vero sæculi sæculo, ut est textus in cap. Reprehensibile, 23. q. 8. Ad idem cap. Non minus, infra eodem, ubi generaliter videntur Clerici excusari à gravaminibus publicis. Sed quia hic disponitur omnes generaliter teneri ad custodiam murorum, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas custodiri: Doctores videntes regulam esse in contrarium, variè hunc textum interpretati sunt. Quidam enim dixerunt Decretalem procedere in civitatibus, quæ sunt de temporali dominio Ecclesiæ, sicut hæc Terracina, cujus Episcopo Papa scribit, ut fatentur hic ferè omnes, & patet ex lib. 7. Epist. 20. indic. 1. Regisfri B. Gregorij, ubi hic legitur: (Gregorius Episcopus Agnello Episcopo; & in margine est adnotatum, Terracina) Mandose enim ex Contio, & alijs scriptum est, Archiepiscopi, Triceni, ut observat Ant. Augustin. in notæ ad primam collectionem Decretal. lib. 3. tit. 36. cap. 2. & hunc intellectum posuerunt hic Host. & Jo. Andr. ambo num. 1. & videtur probare Butr. in 1. notab. & apertius Calder. conf. 444. Statuto, n. 2. vers. T. ad

Hh 3 men

men quandoque tenentur, alias 2. de censib. & sic non obstant jura in contrarium adducta.

11 Verumtamen hac prima lectura à DD. non recipitur, quia textus loquitur indistinctè, & ratio est communis ad omnes civitates, & loca, & Decretales debent esse communes, nec facile judicari debent locales, secundum Cardin. hic num. 3. in 3. oppositio. & Abb. num. 3. ad hoc c. Canonum statuta, supra de constitut. & quod ibi dixi num. 15. post Host. Jo. Andr. & alios. Quidam verò intellexerunt, quod hic dicitur, locum habere, cum infideles maritimas Urbes direptionibus expolitas infestant: Nam temporibus hujus decretalis Saraceni impugnant maritimam. Unde cum Terracina civitas sit juxta mare, propter commune, & improvissum periculum quod timebatur, & quotidie imminerebat, noluit Pontifex aliquem à vigilijs murorum excusari, & hunc dicit esse verum intellectum, Host. num. 1. cum quo transeunt Joan. Andr. eodem num. Henric. Boich. num. 2. ad fin. Butr. Anchar. & Joan. de Anan. omnes num. 1. Archid. in c. Ecclesiarum servos, numero. 310. 12. q. 2. Bellam. conf. 47. incip. & primo, vers. Super secundo, quod est Oliverij Maligemma tunc Rotæ Auditoris, ad hoc c. Igitur, C. Scire, & c. seq. 23. q. 8. sed & hac lectura nimis restringit generalitatem hujus Decretalis, secundum Cardin. n. 3. vers. Tertio legi potest, & forte alia fuit mens Host. ut deducam infra in 4. lectura num. 12. vers. Alij demum.

12 Alij autem opinati sunt hunc text. de Clericis aperte non loquentem, sed tantum de Ecclesia mentionem facientem, non esse intelligendum de Clericis, sed de hominibus Ecclesie, puta mancipijs, & rusticis, qui licet non debeant regulariter angariari, c. Ecclesiarum servos, 12. q. 2. & l. 1. & ibi per Butr. C. de episcop. & Cleric. tamen ad custodiam ob publicam utilitatem compelli debent, ut hic, unde glof. 1. & Host. in princ. exponunt litteram ibi, Nullam, scilicet de hominibus Ecclesie, & consensit Abb. Antiq. in princip. & huc lectura videtur elare adhuc Host. in summa hujus tituli, §. A quibus, vers. materia, dum dixit, instante necessitate homines Ecclesie non excusari à custodia civitatis, ut hic; Clericos autem non debere in hoc gravari, nisi magna esset necessitas. Hunc tamen intellectum refellit Abb. hic sub n. 3. vers. Et plus puto, & merito, quia textus non obscure loquitur de clericis in illis verbis, vel Ecclesie suæ: nam Ecclesia proprie dicitur ipsius Rectoris ratione jurisdictionis, ut deduxi supra in 2. not. Unde secundum eum hac littera debet generaliter intelligi tam de hominibus Ecclesie, quam de Clericis.

Alij demum, & melius existimant hanc decretalem esse intelligendam generaliter, ut tam homines Ecclesie, quam Clerici teneantur ad vigiliam murorum, quoties subest magna necessitas & quandoque imminet periculum invasionis, tunc ab hostibus etiam non infidelibus; & hoc non obscure sensit Innoc. hic dum dixit, quod hic dicitur habere locum, & esse speciale ubi timor est communis, & subitus, & improvissus, nec ullam mentionem fecit de Saracenis, seu infidelibus, quod cogit me credere hanc etiam fuisse mentem Hostien. n. 1. Nam quamvis dicat tunc temporis maritimas infestari à Saracenis, & ideo Papam noluisse ut aliquis excusaretur à custodia; non ta-

men per hoc restrinxit se ad causam, in qua civitas impugnetur ab infidelibus, sed factum narravit ad eum modum, quo tunc occurtebat. Idem tamen verisimiliter dixisset ob rationis identitatem si periculum contigisset ab hostibus non infidelibus, quod ex eo patet, quia Host. dicit hunc esse verum intellectum secundum D. N. scilicet Innoc. & tamen Innocentius non restringit se ad Saracenos, sed generaliter loquitur, ubi timor est communis & repentinus; & ita Host. & sequaces sunt aperte pro hac lectura; & ferè omnes loquuntur de Saracenis per modum exempli: eandem opinionem tenuit glof. ult. in d. cap. Ecclesiarum Servos, 12. q. 2. Dum generaliter dixit tam clericos, quam eorum mancipia teneri ad onera civitatis si subit magna necessitas. Quam glossam ad propositum hic allegat Henric. Boich. num. 2. & sequitur Butr. nu. 5. ubi Goffred. in eandem sententiam citat Hostien. in summa hujus tit. §. A quibus, vers. Materia. Innoc. in cap. Non minus, num. 5. in fin. & ibi etiam Jo. Andr. num. 8. infra eodem, Angel. in ver. Immunitas num. 34. Et explicitè Clericos teneri ad custodiam civitatis quotiescumque imminet periculum impugnationis etiam ab hostibus non infidelibus, sentiunt hic Cardin. nu. 3. in 3. oppos. Tertio legi potest, & Abb. numero. 3. vers. Sed certe Quamobrem dubitari non potest, quin hac lectura sit communis ferè omnium Doctorum: nam prima, & tertia, quasi nullos habent sedatores, & authores tertia ab hac ultima non dissentiunt, ut supra proxime deduximus est. Oportet tamen ut necessitas non solum sit talis, quæ postulet murorum custodiam; sed etiam quæ requirat omnino, ut Clerici tali munere fungantur, eo quod sine eis non possint commodè mœnia custodiri per laicos, ut per Abb. hic num. 6. Angel. d. n. 34. Nattam conf. 280. incip. de iure communi, n. 6. prope fin. vers. intelligi tamen. Ripam in tract. de peste, tit. ad rem. ad cons. serv. uberr. n. 224. ubi dat generalem doctrinam, quod exempli teneantur ad excubias & custodiam, quando magnum subest periculum, ut sine auxilio exemptorum locus facile custodiri non possit: & conferunt quæ scripsi in c. Petio, n. 4. & 14. infra de homicid. An autem hæc necessitas sit talis, necne, ad Episcopum pertinet judicare, secundum Anton. de Butr. & Angel. locis supra citatis, & ab ipso tantum Clerici possunt distinguere, non autem à iudicibus secularibus, ut dixi supra in 3. notab.

13 Ex quibus ad propositum dubium videtur respondendum, Clericos non teneri, nisi tanta necessitas iudicio Episcopi subesse, ut à solis Laicis absque Clericorum auxilio mœnia facile custodiri non possent.

14 Ampliatur hæc conclusio, ut locum habeat etiam in clericis prima tonsuræ: nam jura exemptionem clericis tribuentia à numeribus realibus & personalibus, etiam clericos primæ tonsuræ comprehendunt, ut notat glof. in c. ult. in ver. Tonsuram, de tempor. ordinat. lib. 6. & est communis opinio, ut testatur Covar. Pract. quest. cap. 31. nu. 9. Et quamvis idem Covar. ex aliquorum sententia subiciat id verum esse, quando vestes clericales, & tonsuram deserunt: tamen verius est clericos primæ tonsuræ non privari privilegio à jure canonico sibi tributis propter dimissionem habitus, vel tonsuræ clericalis, nisi tertio moniti in contumaciam incididerint, juxta text. in cap. ult. supra de vii.

vit. & honestat. Cleric. & ibi notat Imol. in prima col. & post eum Covar. d. n. 9. prope fin. & de communi acceditur Alexand. conf. 8. Videtur, n. 2. lib. 1. ubi egregie hanc materiam declarat Rolan. à Valle conf. 4. in causa, num. 31. vol. 1. & quamvis Concilium Tridentinum cap. 6. sess. 23. voluerit ejusmodi Clericum non gaudere privilegio fori, nisi clericalem habitum, & tonsuram deserens, alicui Ecclesie ex mandato Episcopi inserviat, vel beneficium ecclesiasticum habeat: tamen dispositio Concilij procedit quoad privilegium fori duntaxat, de quo loquitur, sed quoad cetera privilegia nihil novi juris induxit, ut jam dudum declaravit S. Congregatio ejusdem Concilij Interpretes.

16 Limita nunc propositam conclusionem, ut non procedat in Clericis conjugatis: nam tales, quamvis gaudeant privilegio fori, & canonis, si duxerint unicam, & virginem, & in habitu, & tonsura incedant: ceteris tamen privilegijs clericalibus minime potiuntur, ut in cap. un. de cleric. conjugat. lib. 6. Innovo per Concilium Tridentinum dist. 6. 6. sess. 23. Ideoque immunitatis privilegio quoad mœna non fruuntur, ac proinde ad custodiam murorum tenentur non secus ac laici, glof. in d. can. in ver. Ceteris: & ibi omnes, Abb. in cap. Ex parte, in 1. notab. sup. de cler. conjug. Covar. qui alios adducit, & de communis testatur, pract. quest. c. 31. num. 9.

17 Secundò QUÆRO, An clericus teneatur ad refectionem murorum civitatis.

Refert hic Henric. Boich. num. 3. se vidisse induci hanc Decretalem in Parlamento Franciæ per cives Rhemenfes contra Clerum illius civitatis, quem perbeant compelli ad contribuendum cum eis in refectione murorum propter timorem Bavari, qui vellego Franciæ invadere dicebatur: ad hoc l. ad infrat. C. de sacros. Eccles. l. ad partus, C. de oper. public. & l. final. C. de quib. munerib. nem. sic. se excusari, lib. 10. sed Joannes tenet contra cives in cap. iuxta, in secundo 16. quest. 1. dicens, illam legem ad instructiones esse correctam; sed dato quod Clerici possent ad hoc compelli, non tamen per brachium seculare: ad quod bene facit cap. Constantinus, in vers. Ecclesijs, in fin. 96. dist. 1. Pro civibus etiam allegabatur cap. Cum ad verum, 96. dist. 1. cap. Magnum, 1. 1. quest. 1. & cap. Convenit, 23. quest. 8. sed parum faciunt. Contra cives facit etiam textus in cap. Gravem, in fin. infra de sentent. excommunic. & in hoc refidet ubi supra Henric. Boich. Ego dico illam legem, ad instructiones, quæ nominatim statuit contra Ecclesiam, fuisse nullam ab initio defectu potestatis, per text. in cap. Ecclesie S. Mariae, & ibi plenè scripti à num. 17. post Abb. n. 10. vers. Ad primum, supra de Constit. Et in specie hoc de illa lego adnotavit ibi Dec. num. 42. & Barbat. conf. 1. lib. 3. & conf. 29. lib. 4. & tenet glof. in d. cap. iuxta, alias est sub cap. Generaliter, §. Novorum, in ver. Collationibus, 16. qu. 1. Joan. Andr. in cap. Non minus, num. 14. & post eum Butr. num. 10. Abb. n. 18. & 20. & ibi dixi n. 50. infra eod. Calder. conf. 2. incip. Statuto Perusino, n. 3. vers. Reperio, de censib. Aliæ verò leges pro civibus allegatae non loquuntur nominatim de Clericis, vel Ecclesijs; & ideo ad personas Ecclesiasticas, aut earum bona in earum præjudicium, non extenduntur, prout est concurs ferè omnium juris civilis & canonici Interpretum determinatio, ut dixi in prædicta Decretali, Ecclesia Sancta Mariae, n.

2. post Joan. de Lignan. Butr. Anchar. Imol. Abb. & alios plurimos.

## De Immunitate Ecclesiarum.

## Cap. Non minus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Aici collectas imponentes Ecclesijs, vel Clericis, vel jurisdictionem illorum usurpantes, si moniti non desistant, excommunicati sunt cum suis fautoribus, & n. 33. & 36.
- 2 Potest tamen Episcopus cum Clero eis in necessitate præbere subsidia.
- 3 Collectas imponentes Ecclesijs, vel Clericis excommunicati sunt, etiam si Imperiales, vel Regali dignitate præfulgeant, & n. 63.
- 4 Bona Clericorum de jure divino immunita sunt à Collectis, & impositionibus laicorum.
- 5 Angaria Ecclesie, & Ecclesiastica persona affligi non debent, & n. seq.
- 6 Angaria, & perangaria quæ dicantur, & in quo differant.
- 7 Clerici cum eorum familia immunes sunt ab angarijs, & perangarijs, nisi pro vigilijs murorum, & ratione feudis.
- 8 Bona ecclesiarum quoad fundationem, mansum, vel dotem Ecclesie, immunita sunt à tributis, & oneribus laicalibus, etiam privati, & antea impositionibus.
- 9 Bona transeunt ad Ecclesiam cum oneribus antea impostis: dummodo hujusmodi onera sint vera, realia, perpetua, & invariabilia.
- 10 Bona postquam sunt effecta Ecclesie, immunita sunt à tributis, & oneribus laicalibus de novo imponendis.
- 11 Principes laici facere non possunt omnia prædicta tributaria, ita ut cum devenirent ad Ecclesias, obnoxia sint collectis postea imponendis.
- 12 Clerici tenentur ad onera, quæ ratione quadam naturali ipsi rebus incumbunt, ut reficere iter ante donum, & purgare puteum necessarium totis vicinis.
- 13 Et vicini possunt hoc casu propria auctoritate collectam indicare.
- 14 Clerici, & eorum mancipia, & coloni ad sordida munera non tenentur, & n. seq.
- 15 Munera sordida quæ sint.
- 16 Bona patrimonialia Clericorum, & bona Ecclesiarum quoad immunitatem à Collectis à pari procedunt.
- 17 Bona Religiosorum, & bona Hospitalium immunita sunt à collectis, & impositionibus laicalibus, & n. 19.
- 18 Pauperum appellatione veniunt etiam Clerici.
- 20 Verba sub anathematis diffinitione non important canonem lata sententia, & n. seq.
- 21 Secus in verbis: Excommunicatione te novèr subiacere.
- 22 Clerici ut licite solvant collectas, & impositiones laicorum, sex requiruntur, & n. seq. usq. ad num. 33.

Primo, deliberatio Episcopi, & Cleri, n. 23.

Secundò magna necessitas, vel utilitas, n. 25.

Tertio, ut hac necessitas, vel utilitas sit communis,

Et h. 4

- ram laicorum, quam clericorum, n. 26.
- Quarto ut laicorum facultates non suppetant, n. 30.
- Quinto, ut contributio fiat sine ulla exactione laicali.
- Sexto, ut Romanus Pontifex consularur, n. 32. & 52.
- 23 Collectam pro subsidio laicorum Episcopus imponere non potest clericis sine consensu Cleri.
- 24 Nec sufficit consensus Capituli.
- 25 Necessitas, vel utilitas quantae esse debet ad hoc, ut clerici libere solvant collectam pro subsidio laicorum, pendet ex arbitrio Episcopi, & Cleri ad iudicium.
- 26 Collectam clericis non tenentur, nec possunt solvere ad relevandas necessitates, vel utilitates laicorum tantum.
- Sed ubi versatur necessitas, vel utilitas laicorum simul, & clericorum, possunt clericis illam solvere concurrentibus alijs requisitis, ibid. & n. seq.
- 27 Intellectus huius cap. in ver. Communis.
- 28 Iosephus Pater Pharaonis subiecit eidem, ac tributariam fecit universam terram Aegypti, prater Sacerdotum, qua libera ab hac conditione fuit.
- 29 Exemplum declarat dispositionem de similibus esse intelligendam.
- 31 Clerici nullo casu ad collectam sunt compellendi per factorem, sed per Ecclesiasticum iudicem, de cuius foro sunt persona, licet res sint de foro laicali.
- 33 Laici collectantes Ecclesias, vel Clericos, aut Praetorum jurisdictionem impediunt, non sunt excommunicari ex hoc cap. nisi post ananiam monitionem se non correxerint.
- 34 Et sufficit unica monitio.
- Sed hodie ex Bulla Cona sunt excommunicati ipso iure, n. 36.
- 35 Pedagogia exigentes ad clericum incidunt in excommunicationem latae sententiae.
- 37 Absolutio ab excommunicatione, quam incurritur laici coll. & tenent Ecclesias, hodie est Papa reservata.
- 38 Clerici an teneantur ad contributionem gabella pro annona civitatis imposta, & n. seq. usq. ad nu. 55.
- 39 vietus nulla maior, quam pauperes, & patriam sublevari.
- 40 Clerici sunt membra Reipublicae.
- Declaratur, n. 49.
- 41 Clerici tenentur ad instructionem viarum, & pontium.
- Contrarium, n. 50.
- 42 Clerici tenentur contribuere pro construendis, vel instaurandis muris, fontibus, & similibus ad communem utilitatem spectantibus.
- Contrarium, n. 50.
- 43 Clerici tenentur ad collectam impostam ad redimendum vexationem, & incursionem hostium patriam depradari voluntium.
- Contrarium, n. 45. vers. Contraria opinio, & n. seq.
- 44 Clerici tenentur contribuere ubi agitur de communi utilitate laicorum, & clericorum.
- 45 Contrarium, n. 45. vers. Contraria opinio.
- 46 Collectam tenentur solvere omnes, qui gravari poterant oneribus, in quorum locum collecta successit.
- 47 Laici non tenentur ad impositiones clericorum, nisi respiciant communes necessitates, vel utilitates.
- 48 Bona Ecclesiarum sunt deputata publico usui spiritualis laicorum vero pro usu Reipublicae mundanae.

- 48 Auctores utriusque opinionis expenduntur.
- Conciliantur, n. 54.
- 49 Clerici quas ob causas non teneantur subire onera Reipublicae laicalis, & n. 61.
- 50 Lege civitas in praedictum ecclesiam & personarum ecclesiasticarum non valent, & n. 53. & 59.
- 51 Nec censetur canonizata, licet aliquae reperiantur insertae a Gratiano in volumine Decreti.
- 55 Clerici an teneantur contribuere ad collectas, qua sunt propter pestem in locis, ubi pestis grassatur, & num. seq. usque in fin.
- 56 Ad collectas, qua ob pestem imponuntur, de iure Civili tenentur etiam habentes exemptionem generalem ab oneribus personalibus, realibus, & mixtis.
- Secus de iure canonico, n. 58.
- 57 L. Ad instructiones, C. de sacros. Eccles. non fuit correctae per Auth. Item nulla, de Episc. & Clericis.
- 60 Argumentum de bello ad pestem validum est.
- 61 Pestis est bellum Dei, in quo magis pugnant Clerici, quam Laici.

**N**ON MINUS. Laici collectas imponentes Ecclesijs, vel Clericis, vel jurisdictionem illorum usurpantes, si moniti non desistant, excommunicati sunt cum suis favoribus.

2. Potest tamen Episcopus cum Clero eis in necessitate praebere subsidia. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cui Butr. Card. Anchar. Abb. & omnes consentiunt. Dividitur in duas partes. Prima narrat, & aggravat horrendam oppressionem Ecclesiae, quam faciebant potestates saeculares. Secunda providet ibi, Quocirca, & haec tria facit. Primum comminatur poenam. Secundum ponit casum permissum. Tertio poenam comminatur imponit.

Nota primo ibi, & alijs, qui potestatem habere videntur, non tantum Conules, & Rectores civitatum, seu Magistratus inferiores collectantes ecclesias, seu Clericos, incidere in poenam huiusmodi; sed etiam alias potestates saeculares, ac Principes: de talibus enim intelligitur haec littera, quasi dicat propter iura Imperij hanc potestatem habere videntur; sed verè non habent, quia abutuntur, secundum Hostiens. Joan. Andr. & Cardin. omnes in princip. Butr. num. 2. simile in cap. Ea que, ibi, Id quod videmini habere, supra de censib. Vel dic, potestatem habent de facto, sed non de iure, ut exponit gloss. notab. in c. Si tributum in ver. Potestatem, l. 1. q. 1. Hodie est expressum in Bulla Cenae Domini, §. 18. ibi etiam Imperiali, vel Regali praefulgeant dignitate.

Secundo nota ibi, in pristina libertate dimisit, non tantum Sacerdotes, vel Clericos, sed etiam eorum possessiones, & bona de iure Divino esse immunita à collectis, & impositionibus laicorum, ut hic probatur evidenter, licet DD. non advertant nam hic non dicitur de Pharaone quod Sacerdotibus immunitatem concesserit, sed quod Sacerdotes, & eorum possessiones in pristina libertate dimiserit, quavis Divina legis notitiam non haberet. & sic preservavit immunitatem eis competentem ex lege Divina, & ante omnem humanam constitutionem. Ad hoc tex. opt. in l. sancimus, ibi, Competens prerogativa celestis favori conservetur, C. de sacros. Eccles. & tex. clar. in c. 1. de vers. lib. & ibi, Ecclesia, Ecclesiasticae personae, ac res ipsorum non solum iure humano, quinimò & divino à saecularium exactionibus

bus sunt immunes, & probatur Gen. 47. ex 1. l. dr. c. 7. Num. 3. & Matth. 17. ad iuncta ibi expositione Hieronymi, & Angulini, ut fuit deducit Rota, licet tex. noileum, ut sup. non ponderet in Alben Gabelle seu onerum 38. Jun. 1630. coram Merlino, que habetur in impressis dec. 339. part. 6. Recen. ubi egregie firmatur, huiusmodi immunitatem competere personis Ecclesiasticis, earumque bonis iure non tantum Civili, & Canonico, sed etiam Divino, quam decisionem postea sequuta est ead. Rota coram Coccino in causa Barmon. exemptionis 20. Junij 1636. & cum ea passim tranlit S. Congreg. Immunitatis Ecclesiar. ut referatur in argumento illius decisionis, & hac est unanimes Canonistarum sententia, ut scripsi in c. Ecclesia Sancta Maria, n. 15. supra de Constitutione.

3. Tertio nota ibi, Angarijs, ecclesias, & personas ecclesiasticas non debere affligi angarijs, idem sancitur in Constitutione Federici Imperatoris, ut in Auth. Item nulla, C. de Episc. & Cler. & in corpore, unde sumitur ibi, Angarias, vel perangarias ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis personis imponere praesumant. Dicuntur autem Angariae munera, seu obsequia personalia proprijs sumptibus praestita, Perangariae autem, ubi persona servit sumptibus alienis: & est angaria munus purum, & merum; perangaria vero mixtum, Munerum, s. de muner. & honor. De quibus tamen differentijs consule Alciatum in adnot. ad l. 2. librum eod. tit. de Praepos. Sacr. Cubic. & novissime Lexicon Jo. Calvini in ver. Angaria, post Bart. & Legistas in l. Neminem, C. de sacros. Eccl. & ab his Clerici omnes cum eorum familia liberi sunt, l. 1. & 2. & l. Presbyteros, C. de Episc. & Cleric. & c. Quia cognovimus, l. o. q. 4. gloss. hic in ver. Angarijs, Innoc. nu. 3. Host. nu. 4. Jo. Andr. nu. 6. & 13. Henric. Boich. nu. 4. Butr. n. 9. vers. Et ab istis, Card. in 3. not. & Abb. nu. 10. Nisi in casu, scilicet pro vigilijs mutorum, sive civitatis, ut in c. Pervenit, & ibi dixi sup. eod. & nisi ratione feudi aliud sit dicendum, c. Solita, §. 1. vers. Quod autem supra de major. & obed. secundum Holt. hic n. 5.

Quarto nota ibi, Principes provinciarum facta est sub tributo. Ecclesiam, & illius praedia non teneri ad tributa, & alia onera realia laicorum. Nam verbum, Princeps, exponitur, id est, ecclesia, secundum Holt. hic n. 5. in fin. concordat c. Secundum, c. Convenior, & §. Quamvis, 2. q. 8. Sed quia contradicunt iura in cap. Tributum, eadem caus. & quest. in cap. Si tributum, & in cap. Magnum, l. 1. q. 1. Ideo pro concordia sic distinguo. Aut quaeritur de bonis, quibus Ecclesiasticis dedicantur quoad fundationem, vel mansum, aut cetereterium, vel domos, vel hortos iuxta positos, aut dotem ecclesiae; & haec indistinctè sunt immunita ab omnibus tributis & oneribus laicalibus, arg. cap. 1. supra de cens. & c. 2. de Eccl. adific. & sic intellige primas concordantias, secundum gloss. hic in ver. Sub tributo, Gloss. & Innoc. in princip. vers. Solutio, & n. 5. & 6. Hostien. n. 6. eod. vers. Joan. Andr. n. 8. vers. Ab his autem, Henric. Boich. num. 1. & Butr. num. 3. Idem tenet gloss. l. in d. c. Si tributum, Archid. in cap. De hijs, l. 6. q. 1. Cardin. in Clement. 1. in 18. q. vers. Munera rerum, de vir. & honest. Clericor. & nullus discrepat. Quod vendicat sibi locum in oneribus nedum publicis, & regijs; sed quod magis est, etiam privatis, & ante ea impositis ob specialem eorumdem bonorum Sanctitatem, ut habetur in d. cap. Secundum, 2. q. 8. & pluribus relatis tenet Rota

in praedictis dec. 339. num. 40. par. 6. Recen.

9. Aut quaeritur de alijs bonis, quae alijs titulis, vel causis ad Ecclesiam pervenerunt, & tunc referat an agatur de oneribus impositis antequam bona huiusmodi in ecclesiam tranferant; an verò de impositis eo tempore, quo bona iam facta erant ecclesiae. Primo casu bona & praedia huiusmodi transeunt ad ecclesiam cum suo onere, secundum glossam, Innoc. & alios proximè citatos, & Abb. hic n. 16. vers. Sed ego distinguendo, & probatur in d. c. Tributum, 2. q. 8. ibi, De exterioribus Ecclesiae quod constitutum est antiquitus, persolvendum est. Dixit enim antiquitus, id est, antequam praedia pervenerint ad ecclesiam, & in c. Si tributum, & ibi Turrec. l. 1. q. 1.

Sed hoc intelligatur tu, dummodò copulative infra scripta omnia concurrant, videlicet ut onera sint vera & realia, id est, ipsi fundis infixa, & imposita bonis propter bona; item ut sint perpetua, certa, & invariabilia, ut tenent communiter DD. in c. 1. infr. eodem lib. 6. maxime Gemin. nu. 9. Turrec. in c. Si tributum, vers. Alia verò, l. 1. q. 1. & firmavit Rota in Brundusina Gabelle 13. Febr. 1604. coram Penia. Quam decisionem uti magistralem in hac materia passim amplectitur S. Congregat. super controversijs jurisdictionalibus, ut alleritur in praedicta dec. 339. par. 6. recen.

10. In secundo autem casu, id est, cum agitur de oneribus impositis eo tempore, quo bona iam sunt effecta Ecclesiae, certum est ab huiusmodi oneribus Ecclesiam esse procul immunem, & in hoc casu loquitur hoc c. Damnat enim horrendam oppressionem, quam faciebant potestates saeculares in divitibus mundi partibus, imponentes universa ferè onera Ecclesijs, & bonis ipsarum, & sic loquitur de impositione onerum super bonis, quae iam erant in dominio, & proprietate Ecclesiae, quam distinctionem sequitur Bald. in l. Pleac, n. 10. vers. Postquam autem res facta est Ecclesia, C. de sacros. Eccl. Abb. hic n. 16. vers. sed ego distinguendo, & vers. Ad alia autem onera, & Rot. in d. dec. 339. n. 41. & quamvis Bart. in l. Rescripto, §. in n. 5. sed de minor. teneat posse Principes laicos efficere tributaria, & affecta omnia praedia eorum Territorij, ita ut cum postea ad Ecclesias pervenerint, obnoxia sint collectis postea imponendis: tamen ejus cautela est facta, & contra immunitatem Ecclesiae; & ab omnibus communiter reprobata, ut post Bald. loco citato copiose deducit Rota in ead. dec. n. 44. & seq.

11. Fallit haec conclusio in oneribus, quae ratione naturali ipsi rebus incumbunt, ut referre iter ante domum, l. 1. §. de via publica resc. Bart. in l. Administrationes, n. 3. C. de sacros. Eccl. Bartol. Cepol. in tract. de servit. rustic. tit. de via, q. 2. 5. & tenet Abb. hic n. 16. vers. Idem dico. Idemque dicendum in purgatione putei necessarii toti vicinia, in qua sita est Ecclesia, ex notat. per Specul. in tit. de cens. §. Nunc dicendum, vers. Item pone quod vicinia & Alberic. in l. Cum usufructus, §. de usufruct. & tenet Abb. ubi supra. Quinimò hoc casu possunt vicini propria auctoritate collectam indicare, l. 1. §. Vicinales, §. Ne quid in loc. public. secundum Anchar. hic, quem refert, & sequitur Decian. cons. 14. Dubitatur an Clerici, n. 2. l. 2. lib. 1.

14. Quinto nota ibi, fossata, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas ad fordida munera non teneri, prout hic ponitur exemplum de fossatis, quod est munus fordidum secundum Holtien. n. 8. in ver. fossata, Jo. And.

15 Andr. Butr. & Cardin. omnes num. 3. & sunt muna foridica servicia, ut calcei coquenda, arena fodienda, custodiæ balnearum, & similia, de quibus habentur multa exempla in I. Munerum, utque ad §. Patrimoniorum ff. de muner. & honor. & in I. Maximarium, C. de excusat. munerum, lib. 10. & hæc non subdit ecclesia, cap. Generaliter, §. Novarum, 16. q. 1. & I. Placer, C. de sacros. Eccles. ne scilicet prædicia ubi sunt celestium secretorum dedicata fordidorum munerum face vexentur, ut ibi dicitur: & hic notat Innocent. num. 2. Hostiens. num. 7. Joann. Andr. num. 5. Henric. Boic. n. 2. Butr. & Cardin. ambo nu. 9. Anchar. nu. 4. & Abb. n. 14. vers. Quadam verò muna, Guliel. de Monte Laud. in Clem. 1. super ver. in rebus, & ibi etiam Cardin. in 18. q. de vita & honest. Cleric. & alibi passim Doctores. Quinimo hac immunitate potuntur nedum ecclesie, & Clerici, sed etiam eorum nancia, & coloni, ut est expressum in virib. præalleg. & tenet Abb. loco citato.

16 Sexto nota ibi, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, quoad immunitatem à collectis, & impositionibus laicalibus pari passu ambulare bona ecclesiasticorum, & bona patrimonialia Clericorum. Hostiens. hic n. 8. Butr. num. 3. Cardin. num. 4. & Anchar. in 2. notab. Abb. in cap. 1. nu. 3. vers. Fateor tamen, post Butr. ibi n. 5. & Imol. n. 1. supra de consecr. Rota in præalleg. decis. 339. n. 23. par. 6. Recent. de quo dicitur notatur in cap. fin. supra de vita & honest. Cleric. De alijs autem differentijs inter bona ecclesiarum, & Clericorum, item de differentijs inter bona, ad quorum ritum Clerici sunt ordinati, & alia bona patrimonialia, vide quod scripsi in c. Episcopus, an. 3. §. supra de præbend.

17 Septimo nota ibi, & pauperum Christi usibus deputati. Bona Religiosorum esse immunita à collectis, & oneribus laicalibus, secundum Hostiens. hic n. 9. Joann. Andr. n. 3. in ver. Pauperum, & Cardinal. num. 5. qui exponunt verba, pauperum Christi, id est Religiosorum, qui omnia reliquerunt pro Christo, ut cap. Nihil in qua, & cap. Nihil prava, infra de excess. Prælat. Vel secundum eos Clerici omnes pauperes appellantur, l. Privilegia, C. de sacros. Eccles. Nam & quidquid habent, pauperum est, cap. Quoniam quicquid, 16. q. 1. sed tanta est ambicio ipsorum, ut quantumcumque habeant, nihil reputent se habere, cap. Quia in tantum, & cap. Avartitia, supra de præbend. Verum littera hunc posterioriorem intellectum non recipit, quia copula, & insinuat alios esse Clericos, alios pauperes Christi, ad glof. in extravag. suscepti, in ver. Vel electio, de elect. in uno tamen Tarraconen. & apud Guliel. particula, & non legitur, ut refert Ant. August. in nota ad primam Collect. Decretal. lib. 3. tit. 36. cap. 4. Possit & tertio loco hæc littera non incongrue intelligi de Hospitalibus, quorum bona pauperum Christi usibus sunt deputata, ut in Clement. Quia contingit, de Religios. domib. hæc enim, sicut & bona Ecclesiarum, collectari non possunt, ut l. Omnes, C. de Episc. & Cleric. Anton. de Butr. cons. 40. Statuto civitatis, n. 2.

20 Octavo nota ibi, sub anathematis districtione, hæc verba non importare canonem late sententiæ, sed ferendæ. Quod evidenter probatur hic: nam cum textus paulo infra excommunicet per illa verba, excommunicationi se noverint subiacere, que important excommunicationem ipso jure, ut hic per Butr. num. 9. Cardin. num. 7. & Abb. in ult. no-

tab. hoc aperte supponit penam excommunicationis antea fuisse comminatam, non autem in futurum, ut advertit Joan. Andr. in divisione tex. cum quo Butr. Card. Anchar. Abb. & alij transeunt Sed Hostiens. contra num. 9. dicens prædicta verba esse late sententiæ, cui suffragatur c. 1. De locato, cap. Cum esset, de testam. cap. Relatum, de iure par. cap. 1. de pignor. & cap. Saloniense, 61. dist. Icd primum verius, secundum Jo. Andr. hic n. 4. Butr. num. 5. Cardin. in 8. not. & ipsummet Host. sibi contrarium n. 12. in ver. Communiti, Ad hoc c. 1. & ibi glof. ult. de sagittar. Generaliter autem ut scias, quæ sint verba late sententiæ, vel ferendæ, consule Felinum casus plurimorum cumulantes in c. Rodolph. an. 24. supra de rescriptis.

22 Nonò nota in ver. Nisi, & observa diligenter plura esse necessaria ad hoc ut Clerici licite solvant collectas, & impositiones laicorum.

23 Primò enim requiritur, ut Episcopus simul & Clerus super hoc deliberent, & consentiant, ut patet ex littera ibi, Episcopus, & Clerus. Unde hoc non potest Episcopus sine Clero, nec Clerus sine Episcopo, cum copula, & in textu posita requiritur concursus utriusque copulati, l. Si quis ita stipulatus, & ibi Bart. ff. de verbor. obligat. Ideoque Butr. hic n. 6. Nota, inquit casum, in quo Episcopus in diocesi sua non potest aliquid agere sine consensu Cleri, id est, quando agitur de collecta imponenda pro subditis laicorum, & in hoc conveniunt Jo. Andr. Cardin. Abb. & omnes supra summario textus, dum dicunt Episcopus cum Clero, & c. & probatur apertius in cap. Adversus, infra eod. ubi refertur dispositio hujus Canonis, & textus dicit, Episcopus simul cum Clericis. Quo fit, ut nec cum Capitulo Episcopus id possit, quia in tangentibus totum Clerum non sufficit Episcopus habere consensum sui Capituli, sed oportet, ut conveniat consensus Cleri, facit Clem. 1. & 2. de cens. & hic tenet Abb. num. 5.

25 Secundò requiritur, ut evidens utilitas, vel necessitas subiat, ut probatur ex verbis textus, ibi, tantam necessitatem, vel utilitatem aspexerint, ut hic per Butr. num. 8. & Cardin. in 9. notab. Imò cum textus dicat, tantam, non sufficit quælibet necessitas, sed requiritur maxima, secundum Abb. hic n. 5. vers. Secundò requiritur, & pendet ex arbitrio Episcopi, cum Clericis hoc judicare, cum textus dicat, aspexerint, ut hic notat glof. in ver. Tantam, & concordat c. Adversus, infra eod. ibi, tantam necessitatem, vel utilitatem perspexerit.

26 Tertio requiritur, ut hujusmodi necessitas, vel utilitas sit communis, videlicet tam laicorum, quam clericorum, ut probatur in littera ibi, Ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, quæ verba reperiuntur etiam in dist. cap. Adversus. Non enim est audiendus Petr. de Anchar. hic n. 8. Qui putavit hæc jura loqui in eo tantum casu, in quo laici pro communibus necessitatibus suis dimittant volunt, ut Clerici contribuant, ut colligit ex littera ibi, Illi vero onera sua: & ibi, Quælibet sibi arbitrentur: nec non ibi, communes utilitates, scilicet laicorum tantum, non autem ubi versatur utilitas communis tam laicorum, quam clericorum, quia tunc non habent locum ista capitula, secundum eum. Unde dat generalem doctrinam, quòd ubicumque tractatur de communi utilitate laicorum, & clericorum simul, & permixti clerici teneantur contribuere simul cum laicis, puta ad ag-

geres.

geres, qui sunt juxta mare, vel flumina propter timorem inundationis agrorum, ad evitandum rapinas, incendia, captivitates, & alia his similia. Quandoquidem Ancharian opinionem uberrime, atque optimis fundamentis confutat, & objectis respondet Abb. hic num. 18. vers. ego in hac civitate Senarum, evidenter ostendens hæc capitula esse necessario intelligenda ubi necessitates sunt Clericis, & Laicis communes, & nihilominus ad eas relevandas Clericos non modo non teneri contribuere, sed nec posse sublidia conferre nisi concurrentibus requisitis hujus cap. & d. cap. Adversus, subdens hanc opinionem habere sequaces utriusque juris illuminationes, nec ab illa esse recedendū in practica; pro qua etiam aliter te consuluisse in civitate Senarum; & habetur illius responsum

27 in 2. part. cons. 3. Sed præter considerationes Abbatibus, quod hic textus in ver. Communes, debeat necessario intelligi de necessitatibus communibus tam Clericis, quam Laicis, ego sic ostendo evidenter. Nam textus ad demolendam Clericorum immunitatem à collectis Laicorum utitur Historia Genes. 47. Ubi Joseph Prorex Pharaonis præ magnitudine famis subiecit ipsi, ac tributaria fecit universam terram Ægypti, præter terram Sacerdotum, quæ libera ab hac conditione fuit.

29 Ecce igitur agebatur tunc de necessitate, quæ procul dubio erat communis & Sacerdotibus, & Laicis; nam ut legitur in sacro textu in toto orbe panis deerat, & opprellerat fames terram, maxime Ægypti: & nihilominus Sacerdotes fuerunt in pristina libertate dimissa, ergo hic textus, qui hujusmodi exemplo innititur, necessarò intelligi debet procedere ubi necessitas est communis laicorum, & Clericorum, non autem Laicorum tantum, ut malè intelligit Ancharianus. Exemplum enim declarat dispositionem de similibus esse intelligendā, l. 1. §. Quod vulgo ff. de vi arm. & notat Bart. in l. Scire, §. Oportet, il. secundo, n. 7. ff. de excusat. tutor.

30 Quarto requiritur, ut ad relevandas communes utilitates, vel necessitates Laicorum facultates non sufficiant, ut constat ex illis verbis textus, ubi Laicorum non suppetunt facultates: quæ repetuntur etiam in c. Adversus, infra eod. Et ita clerici non concurrunt, nisi in subsidium, ut hic per Abb. num. 4. vers. Tertio, & consentiunt omnes. Ratione assignat egregie idem Abb. hic num. 18. vers. Probatur quarto. Et est simile quod posui in cap. Pervertit, num. 13. supra eod.

31 Quintò requiritur, ut contributio ab Ecclesiasticis fiat sponte, & sine aliqua exactione, vel compulsionem, ut probat littera ibi, Absque ulla exactione; & alia littera, quæ habet, Absque ulla coactione: sic enim habent verus Gregoriana compilatio, Concilium Lateranense, Gulielm. & unus Tarraconen. ut refert Ant. August. in notis ad primam collectionem Decretal. lib. 3. tit. 36. cap. 4. Et intellige sine ulla coactione, scilicet laicali, prout exponit Hostiens. num. 12. in ver. Coactione. Ad hoc enim Clerici non sunt per Sacularem, sed per Ecclesiasticum Judicem, de cuius foro sunt persone, licet res sint de foro Laici, compellendi ut formaliter inquit idem Hostiens. num. 11. Joann. Andr. num. 8. in fin. & sequuntur alij: & propterea in d. cap. Adversus, infra eodem, cautum est, ut Laici humiliter, & cum gratiarum actione reddant sublidia, quæ Clerici duxerint conferenda: quæ verba exclu-

dunt aperte quamcumque exactionem, & coactionem iudicis secularis.

32 His quinque requisitis addi debet sextum à Concilio Generali sub Innocent. III. inductum in præalleg. c. Adversus: videlicet, ut Romanus Pontifex prius consulatur; & alius enim Clerici non debent communibus necessitatibus subvenire, etiam si laicorum facultates non suppetant, ut ibi est casus secundum omnes, & dicam infra n. 52.

33 Decimò nota ibi, Communiti desistere noluerint, Hoc iure inspecto Concilij Lateranense, laicos collectantes Ecclesias, vel Clericos, aut Prælatorum jurisdictionem impediens non incidere in excommunicationem late sententiæ, nisi prius fuerint moniti, & post canonicam monitionem se non correxerint, ut hic patet, & notat glof. in ver. Communiti, Host. n. 2. in eodem ver. Abb. num. 7. & ceteri omnes. Nec requiritur hoc casu trina monitio, sed sufficit unica, præterquam quia hic canon editus est in favorem ecclesiarum, & odium Tyrannorum, quorum aliqui sunt adeo terribiles, ut nec facile sit eos terrore monere: nam statim atque monentur, appellant, nec audent episcopi censuras fulminare, timentes forsitan plura perdere. Unde providè cavetur ut sufficiat una monitio, secundum Hostiens. ubi supra, cui consentiunt Joann. Andr. num. 10. Butr. n. 8. in ver. Communiti, Anchar. in 4. notab. Abb. num. 6. & alij communiter, licet Abb. Antiq. requiritur trinum.

Non obstat cap. Clerici, §. Nos igitur, infra eod. lib. 6. ubi laici exigentes collectas ab ecclesijs & personis ecclesiasticis, & illorum fautores ipso facto excommunicantur. Etenim Constitutio illa Bonifacij VIII. cum sua declaratione fuit revocata per Clementem V. in Concilio Viennensi, ut in Clem. 1. de immunit. Eccles.

35 Item non obstat cap. Quamquam, de censibus, lib. 6. Quoniam non loquitur in imponentibus collectas, sed in exigentibus pedagia, qui sunt ipso facto excommunicari, ut ibi, & in Clem. Præfati, eodem tit. & notat Abb. hic n. 7.

36 Sed hodie ex Bulla, quæ in die Cæne Domini legi consuevit, §. 18. Exigentes, vel imponentes collectas ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, etiam si Imperiali, vel Regali dignitate præfulgeant, sunt eo ipso excommunicati: ac similiter impediens Prælatos quò minus sua jurisdictione utantur, excommunicati sunt per Decretalem, Quoniam, infra eod. lib. 6. & per Bullam Cæne, §. 16. Unde hoc cap. tam quoad collectas, quam quoad jurisdictionem respectu monitionis servari non debet.

37 Ultimò nota ibi, Nec communicationi reddantur: absolutionem ab excommunicatione in quam incidunt laici collectantes Ecclesias, non esse Sedi Apostolicæ reservatam, cum conditor hujus canonis illam sibi non retinuerit, c. Super, infra de sent. excomm. Host. hic in fin. Hodie dic contra, non ex cap. Clerici, infra eod. lib. 6. quod est correctum per Clement. primam eodem tit. sed ex Bulla Cæne, §.

38 22. QUÆRO, An Clerici teneantur ad contributionem gabellæ pro annona civitatis impositionem.

39 Sicut.

Causa, propter quam imposita est hujusmodi gabella, respicit pietatem, & communem utilitatem: nulla est enim major pietas, quam pauperes, & partiam sublevare, cap. Existendo, cap. Non inferen-

40 *da, 23. q. 3. Et cum Clerici sint membra Reipublice, cap. duo sunt genera, 12. q. 1. Bald. conf. 2. 47. Verba Capituli, in fin. volum. 3. Oldrad. conf. 3. 2. Quæstio est, utrum Sacerdos censeri possit, ac debeat de universitate, per totum. Naturalis ratio postulat ut Reipublice indigenti opem ferant; utilitas itidem est communis, cum ex utilitate annonæ tam Clerici, quam Laici commodum sint senturi: unde videntur etiam Clerici teneri ad contributiones. Primò, quia æquum est eos sentire onus, qui commodum sentiunt Clem. 1. de cens. 41 l. Secundum naturam, ff. de reg. jur. Quam rationem sæpe ad hoc propositum Doctores inculcant. Secundò per text. in l. Ad instructionem, c. de Sacros. Eccles. probatur Ecclesiam teneri ad instructionem viarum, & pontium, quia ex eis etiam Clerici commodum reportant. Idemque videtur probari in cap. 2. supra eod. & in hoc cap. in illis verbis, ad relevandas communes utilitates, quæ repetuntur in cap. Adversus, infr. eod. Tertio hæc est communis opinio Legistarum in d. l. Ad instructionem, ubi Cyn. Dyn. Oldrad. Jacob. de Aren. & post eos Alberic. num. 3. & Bald. ibidem contra glossam tenent pro constituendis, vel instaurandis muris, fontibus, & similibus ad communem utilitatem spectantibus, promissè teneri tam Clericos, quam Laicos: quæ opinio sequitur est Bart. in l. Nullus, c. de cursu publico, lib. 12. Dum ex illo textu notat Clericos teneri ad collectam impositam ad redimendam vexationem, incursionem hostium, qui patriam depradari volebant: & opinio Bartol. communiter approbatur, Rip. post Jaf. in respons. 168. num. 7. cum prædictis concordant Guid. Pap. qu. 78. num. 1. Bald. conf. 2. 46. & 3. 12. in 3. vol. Jacob. de Alciarot. Parpal. Corn. Bertand. Alex. citati per Decian. conf. 14. num. 19. vol. 1. ubi de communi testatur Barb. conf. 1. col. 28. proprie med. vol. 3. ubi etiam de communi 44 Alciar. in d. l. Ad instructionem, in ver. Trinerum. Imò hæc videtur etiam communis opinio Canonistarum, quam tenuit Petr. de Anchar. hic num. 3. Qui tradit generalem doctrinam, quod ubicunque tractatur de communi utilitate Clericorum, & Laicorum, etiam Clerici contribuere tenentur, & pro hac parte idem Anchar. consultat, ejusque conf. se subscripserunt Ant. de Butr. & Barthol. de Salyc. se tamen subijcientes iudicio S. R. E. ut refert hic Jo. de Anan. num. 10. & 11. & fuit originaliter opinio Philippi, & aliorum quatuor doctorum antiquorum, quos sequi videtur Archidiaconus in cap. Iuxta sanctiorem, 16. q. 1. circa medium. Innoc. & Cardin. hic Bernar. relat. per Alber. in d. l. Ad instructionem, num. 3. & de communitestatur Barbar. in loco supra cit. Rip. respons. 168. n. 5. Decian. d. n. 19.*

47 Cum ergo Clerici teneantur contribuere in communibus necessitatibus, & utilitatibus, sequitur ut obligati sint ad solutionem gabellæ, quæ pro talibus necessitatibus imponitur: nam ad collectam tenentur omnes illi, qui oneribus, in quorum locum collecta successit, gravari poterant, Rip. d. respons. num. 4. Nat. conf. 311. num. 4. proprie finem.

Contraria opinio, id est Clericos non teneri pro gabella imposita ex causa prædicta probatur primò in hoc cap. ubi agitur de communibus utilitatibus, & necessitatibus Laicorum, & Clericorum, & in specie de necessitate annonæ, ut ostensum est

supra n. 26. & 27. & nihilominus prohibetur quicquam exigi à Clericis, nisi cum conditionibus ibi politis, & in cap. Adversus, infra eodem, scilicet Episcopo, & Clero approbante. & ubi Laicorum facultates non sufficiunt, abique ulla exactione laicali, ac Romano Pontifice prius consulto.

Secundò, quia exemptio concessa clericis tam jure divino, ut dixi supra n. 2. not. quam jure humano, per cap. 1. supra eodem, l. Placet, c. de Sacros. Eccles. C. Quamquam, de cens. lib. 6. & Clem. Præsentis, eod. tit. Authent. Nulla Communitas, c. de Epif. & Cleric. redderetur elusoria, & Clerici eod. jure cum Laicis censentur, si teneantur contribuere ob communes necessitates. Nam ad impositiones Clericorum Laici quoque non tenentur nisi respiciant communes necessitates, vel utilitates, Imol. in cap. Romana, de cens. lib. 6. quem refert Decian in loco supra cit. Ergo nisi dicamus Clericos non teneri, etiam cum utilitas est communis, tot jura exemptionem Clericis tribuentia erunt supervacanea, & nulla erit differentia inter Clericos, & Laicos.

46 Tertio, bona Ecclesiarum sunt deputata publico usui spirituali, d. l. placet, c. de Sacros. Eccles. & ideo Laici, quorum utilitas principaliter consistit in Republica mundana, debent subire onera Reipublice mundana: bona verò Ecclesiarum, quæ sunt Dei, debent tantum deservire publico usui spirituali: Clem. 6. Quia cõtingit, de relig. domib.

47 Hanc sententiam his, & alijs rationibus diligentissimè tuetur Abb. conf. 3. Casus super quo, vol. 1. quod inserit ad verbum hic num. 18. cujus fundamentis adde quod dixi supra num. 27. Nec desunt auctoritates, quæ opponantur auctoritatibus supra in contrarium relatis: nam pro hac sententia citatur glossa penultima in d. l. Ad instructionem, relat. per Abb. ubi supra num. 2. & Bart. eodem numero dicitur sentire Clericos non teneri conferre ad constructionem murorum civitatis. Item pro hac parte adducitur Bart. in d. l. Ad instructionem, num. 3. dum tenet d. l. Ad instructionem esse correctam, aut saltem declaratam per Auth. Item nulla Communitas, c. de Episcop. & Cleric. Subdens, si est onus reale, ut pura quia statuitur quemlibet debere reficere viam ante domum suam, Ecclesiam teneri: si verò est onus, quod imponitur personæ pro rebus, ut pro faciendi viam, vel pontem, & non teneri Ecclesiam; & sic etiam in casu, in quo utilitas est communis: Allegatur etiam glossa juris Canonici in cap. Generaliter, §. Novarum, in ver. Collationibus, 16. q. 1. quæ tenet ad instructionem, quæ gravat Clericos pro utilitate communi, non valere, cum glossa sentio. Monach. relat. per Alber. d. l. Ad instructionem, num. 3. Hostien. in summ. tit. de immunit. Eccles. §. Quibus muneribus, vers. Ego puro, Anton. de Butr. (licet pro contraria sententia citetur à Deciano) in hoc cap. Non minus, num. 10. Jo. Andr. hic num. 14. quem refert, & sequitur Abb. in d. conf. Ubi dicit, neminem asurum ab hac opinione in practica discedere, quam renant utriusque juris illuminationes. Et hæc esse communem opinionem Canonistarum testatur Angel. qui Jo. de Lignan. pro hac parte citat in ver. Immunitas, num. 33. & Sylvest. Immunitas, primo, num. 20.

48 Ex præmissis patet utramque opinionem rationibus, & auctoritatibus esse munitam, nec deesse Doctores hinc inde de communitestantes, Verum

tam cum non sit standum Doctoribus de communi opinione atrestantibus, utriusque opinionis auctores ponderandi sunt, ut appareat quæ sit verè communis opinio tam apud Doctores juris civilis, quam Canonici.

Quoad Doctores juris civilis non videtur dubitandum, quò minus communis opinio sit contra Clericos, ut patet ex Auctoribus supra citatis, & præsertim Dyn. Cyn. Bald. Jac. de Aren. Alber. Guid. Pap. Corn. & alijs conscriptis per Dec. d. conf. 14. n. 19. vol. 1. præsertim quia glossa juris civilis, & Bart. supra pro clericis citati re vera pro negativa numerari non possunt: nam quoad gloriam etiam citetur à Bart. Alber. & Scalis in d. l. Ad instructionem pro ea opinione quòd Clericorum teneantur ad refectorem murorum, tamen non compertio gloriam id tenere, imò ibidem innuat contrarium; quæ enim, an Clerici teneantur ad refectorem murorum civitatis, & non dar ex præfatione solutionem, sed refert se ad ea, quæ habentur in l. fin. c. Qui muner. se excus. lib. 10. In quo textu cum Imperator disponat neminem excipiendum etiam ad constructionem murorum; quamvis personali dignitate præfulgeat, sequitur ut glossa ad illam legem se referens, sentiat etiam Clericos teneri. Unde mirum est Doctores aliter glossam citare, nisi dixeris gloriam se non referre ad textum in d. l. final. sed ad illud quòd ibi dicitur in glossa, ubi tenent pro Ecclesia. Vt nisi forte glossa, quam ipsi citant, esset Joannis antiqui glossatoris, quæ sublatà, fuerit postea restructa glossa Accursii illi contraria. Quod ita se habere inuadet conjectura desumpta ex verbis Anton. de Butr. hic n. 20. ubi refert in nostra quaestione Joannem sanctite, quòd Clerici non teneantur; Accursium verò esse in contraria sententia licet credam Butr. intellexisse de Joan. Theatonicò Decreti Glossatore, qui hoc tenuit in d. cap. Generaliter, §. Novarum, in ver. Collationibus, 16. q. 1. Verum etiam glossa in d. l. Ad instructionem, pro Clericis sentiens tamen non possit haberi ratio auctoritatis glossæ, cum in l. Placet, c. eod. in ver. Muneribus, sentiat contrarium; ibi enim cum dixisset Ecclesiasticos non teneri ad angarias, & perangarias, subdit, nisi imponatur causa necessitatis, & utilitatis publicæ: & sic glossa vel non dicit id, ad quòd allegatur, vel contraria loquitur: & ita nihil ponderis habet in nostra quaestione, Bart. quoque quamvis in l. Ad instructionem teneat opinionem favorabilem Ecclesie, tamen in l. Nullus, supra cit. contrarium tenet. Unde cum glossa, & Bart. pro Ecclesia, patum, aut nihil faciunt, videtur constare apud Doctores juris civilis non solum opinionem affirmativam esse communem, sed nullam ferè habere contradictorem.

Quoad Canonistas item sententia affirmativa videtur magis communis, cum pro ea stent Bern. Archid. citans alios quatuor Doctores antiquos Innoc. Cardin. Anchar. Joan. de Anan. & Barbat. supra cit. & Turresem. Franc. & alios legatos per Decian. in dicto confil. 14. n. 19.

Ex his autem qui tenent negativam gloss. juris Canonici in d. §. Novarum, non videtur esse alicujus ponderis, cum illi adverteretur alia glossa hic in ver. Relevanda, sed neque Host qui etiam in summa teneat opinionem negativam, tamen in lectura tenet affirmativam, scilicet in hoc cap. Unde pro hac opinione videntur solum numerandi Joann. Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal.

Andr. Anton. de Butr. Joan. Mon. Angel. & Sylvest.

Mihi circumscriptis auctoritatibus in puncto juris verior videtur opinio favens Ecclesie per rationes superius adductas, & alias, quas tradidit Abb. d. conf. 7. Quibus neminem video sufficenter respondisse: & quamvis Decianus dicat Barbariam respondere rationibus Abbatis; tamen si rectè perpendatur, minime eis responderi; quia Barbaria consultur in casu, quo res erant alie, & onere reali gabellæ antequam ad Ecclesiam pervenirent: & quamvis teneat contra Abbatem etiam cum agitur de novo onere imponendo; hoc tamen non facit ad casum, de quo erat consultus.

49 Ad rationes autem, quibus adversa opinio fulcitur, facilis est responso: nam quoad primam quamvis Clerici sint membra Reipublice, tamen cum omnia membra non eundem actum habeant, ut Apostolus ait ad Rom. 12. Clerici tenentur quidem subvenire Republice indigenti, & patriam sublevare, sed in præcepto eorum actus & ministerio, cap. Singule, 89. d. ff. id est in divinorum officiorum celebratione, in prædicatione Verbi Dei, in Sacramento rum administratione, & alijs hujusmodi, quorum ratione divino, & humano jure exempti fuerunt ab exactionibus secularibus, d. c. Quamquam, de cens. lib. 6. cap. 1. & 3. supra eodem concord. Et quemadmodum laici quamvis & ipsi sint membra corporis mystici Ecclesie, non tamen tenentur præstare Episcopo Cathedralicum, vel caritativum subsidium, aut procuracionem, vel similia onera obire, quæ ad Ecclesiasticos spectant, cap. Conquerentes, ubi not. de offic. Ordinar. Abb. conf. 26. Videtur primo, n. 3. vers. Item dico, lib. 2. & eod. conf. 3. in primo, n. 1. & 2. dubio. Ita è converso nec Ecclesiastici subire debent onera secularibus incumbentia; quia quidem ratione tamen laici teneantur sumere arma pro defensione patriæ ab hostibus obfessa, l. Ex hoc jure, ubi notatur, d. de just. & jur. tamen Clerici in propria persona pugnare non licet etiam pro patriæ defensione, cap. Petitorio, & ibi Doctores, de homicid. S. 1. hom. in 2. 2. q. 3. art. 2. ad 2. quia Clericorum arma sunt lacrymæ, cap. Clerici, qui in quacunque, 2. 3. q. 8. & eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnandum, cap. Ex munita, in fin. de vot. Alioquin si Clerici ex eo, quòd sint Reipublice membra, tenerentur universa Reipublice onera perinde ac laici subire, longe deterioris essent conditionis, quam laici ipsi, quia præter contributiones, ad quas laici tenentur, obstricti etiam essent ad onera, ac subsidia Episcopo, acque Ecclesie debita, atque ad alia spiritualia, à quibus laici immunes exsunt. Unde etiam cessat obiectum de onere cum commodo jungendo, quia Clerici etiam onere gabellarum non sentiant, gravantur tamen alijs oneribus spiritualibus regiminis, cui destinata sunt bona Ecclesiarum; & ita gravantur in uno, æquum est ut in alio releventur.

50 Ad secundum responderetur optimè per Abbatem, textum d. l. Ad instructionem, & alios similes conditos à secularibus Principibus non valere in præjudicium Ecclesie; ad tradita in cap. Ecclesia, §. Maria, de Constitucionibus: præsertim cum de Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis expressam mentionem faciant; quo casu sunt nullæ ex dote, & potestatis, Doctores in d. cap. Ecclesia, §. Maria, quæ responso est aperte Joann. Andr. hic num. 14.

